SEd hic pone, quod actus explicandus sit per corpora nationum, vel officiorum, vel collegiorum (ut fuit in concilio Basiliensi, ubi procedebatur per nationes, & non per capita) utrum dicatur major, & sanior pars illa, in qua reperiuntur plures voces non habito respectu, nisi ad capita nationum conjundim, an erit habendus respectus ad majorem partem quasilibet nationis, ut dicatur haberi vox illius nationis: ita quod si fuit decem collegia, vel nationes, sive dicantur fuisse majorem partem: & ab illis sex collegiis fuit vota majoris partis alicujus collegii cum voto majoris partis aliorum collegii, vel nationis.

Istam quæstionem movet & examinat abb. Sicul. *in c. scriptum in B. nicolaii de elec.* Et dicit, quod licet aliis ubi diversa corpora conjungantur in unum ad aliquem actum exequendum, non ut diversis universitates, sed ut faciunt unum corpus, computantur voces per capita, & non secundum corpora (ut ibi in *d. cap. scriptum*) secus tamen ubi quando diversa corpora convenirent ad aliquem actum explicandum tanquam corpora diversa non ut faciunt unum corpus: quia tunc ad validitatem actus non sufficit major pars fidelium, vel clerici poteat, ut convenitur major pars episcorum corporum: ut si fuit tria corpora, convenit fuisse major pars duorum corporum. allegat ad hoc *Innocen. in c. pafhoralis in prima responsio de rescript.* Et idem Joan. An. ibi dicit, quod si electio spectaret ad certum prælatum pro tertia parte, & ad capitulum pro alia tertia parte, & ad clerum pro tertia pro alia tertia parte, non sufficit ad validitatem electionis, quod electus habeat totum clerum, & minorem partem capituli, hoc ipsi fuit plures numero: quia tunc non concurrit, nisi una vox: quia clerus totus non habet nisi unam vocem, capitulum vero aliam, fed non potest dici capitulum, ubi non est major pars: ut in *allegan. c. 1. de ely. qua fc. a maj. pars.* Item si prælatus, & major pars capituli eligerent unum, & clerus cum reliqua parte capituli eligerent alium, valeret electio facta per prælatum, & a majori parte capituli, licet in numero personarum ipsi fuerint pauciores: alias quia, ut dictum est, tunc habetur respectus ad corpora, & non ad capitula personarum. Et idem idem Abb. sic fuisse factum in concilio Basiliensi, in quo procedebatur per nationes: videlicet quod ad validitatem actus oportebat, quod concurrerent major pars nationum, licet forte in major parte nationum esset pauciores numero: ut quia forte aliæ nationes difficultiores erant plures in numero personarum. Adde eundem abbatem *in d. pafhoralis de rescrip. in fin. prin.* Et pro his vide *d. Anto. in d. c. scriptum, in 5. colum. & Joan. de Immola in secunda colum.* & eundem Anto. *in c. 1. de turnis.* & eundem abbatem *in cap. pafhoralis de constit. prebend.*

Cardi. autem Alexan. *tr. de cas. 1. circa finem non admittit*, quod dicit abbas: quia in concilio non congregantur nationes ex Christianis, tanquam diversa corpora nationum, fed congregantur omnes, tanquam ovis unius pastoris Christi, apud quem non est difficultio Græci, & Latini: idco debet attendi major pars vbique totius, & singuli a gallione suo, & quandamilia videntur in considerantio ne habendi. allegat in simili, quod dicunt legistæ *in l. C. de impube. & aliis fuffil. per l.* Lucius. *S. Tritius refumendæ de legat. 1.* Dicit tamen, quod si ciles confuetudo explicandi vota in concilis per nationes (ut in Constantiensi, & Pisano, & aliis factum est) tunc opinio abb. esset vera. Et adducit glo. *in c. unico in fide vacante in 6.* & Sallec. *in. quoniam C. de appel.*

Tu adde, quod ad propositum dicit Bal. *in l. fi ad scribenum ad l. C. de appel.* quod quando actus debet expediri a duobus collegiis, non sufficit unum collegium cum minori parte alterius, fed requiritur major pars utriusque: & minor pars non reputatur membrum collegii: ergo actus expeditus ab uno collegio, & minori parte alterius, non confertur facitus ab utroque collegio. Allegat notata *in c. cultiscione de appel. in 6.* per Joan. An. cum reliquis opinionem Oftien. *in d. pafhoralis de concef. prebend.* quod & ponit Feder. *in consil.* 1. Ad idem similiter abbas Siculus *in consil. 57. incipit*, ex infinitipia literis, *in primis vola. in 8. colum.* dicit, quod si papa mandat episcopo Scenesi, ut aliquid expediat cum consultibus, non sufficit, quod episcopus cum consultibus facitat majorem partem: fed requiritur ipse, & major pars consultum, per illum tex. *in d. pafhoralis de rescrip.* Ad quod etiam vide Feli. *in c. cum omnis in 13. colum. & consil.* ubi dicit, quod ex variis conjecturis differentur, & ex subjecta materia, quando conveniant, et diversa corpora, & quando, ut unum corpus, & idem abb. *in d. c. scriptum.* Et pro hoc facit glo. & Joan. An. *in c. 1. de fede vacan. in 6.* & *in c. a collisione de appel. in 6.* ubi dicitur, quod si episcopus, & capitulum habent aliquid agere, non valet, quod ita, sine episcopo concurrat major pars capituli sine episcopo, quia veniunt ut duo corpora separata. Et in hoc reprobatur opinio Oftien. *in d. pafhoralis de concef. prebend.* Et idem dicit abb. Siculus *in d. pafhoralis.* & tenit Joan. An. & doct. *in c. statutum de elec. in 6.* ubi limitat præmissa, nisi ubi convenient duo corpora in unum, ut facientes in illo actu unum corpus: quia tunc fiaretur judicio majoris partis personarum. Et hoc tenit Bar. *in l. fi. ff. de collegiis illicitis.* Et de illa materia potest inspici, quod dicit *in crall. de beneficio Jean. de Sycilia in 2. par. q. 17.* ubi addunctur aliqua similia: & quæ posit Feli. *in d. c. pafhoralis in fi. nonij.* ubi duo corpora.

Et dicit ibi, quod in quadam capitulum capellanus ubi erant patroni defendentes a diversis, & ab una parte tres, ab alia quatuor: quantumcunque unus ultra illos tres, qui facitabat a defendentes, haberet unum ex illis quatuor (ex quo alii tres remanentes non consenferant in eundem ab illis præfentatum, fed in alium) domini non habuerunt respectum ad illum unum, ex quo non fuerat major pars illorum quatuor concurrens cum illis tribus alterius partis: fed canonizarunt gratificationem præfentatis a tribus ad quatuor: Et inter alia etiam allegabat cardi. *in cle. pluris de juspa.* & Rochus *in tract. de juspa. in 2. q. ad fi. in verfi. ipse, vel in 4. quo.* &c. Verum est, quod licet causa facta de voxata, non tamen fuit pronuntiatum proprie pluria, quæ in causa occurrerunt.

Sed ú bene advertatur, concluso dominorum non transire fine dubio, quando ipse patronatus originaretur ab una persona: quia tunc ex quo agitur de una voce originaliter, quæ propter plures a diversis filiis defendentes dividetur in plures, illi plures non videntur convenire, ut plura corpora, fed confundentur in unum. Et quod allegat Rochus *in verfi. ipse*, vel in 4 quo, quod hoc dicit cardi. *in cle. plures de juspa.* male videtur allegare: quia cardi loquitur, quando juspa. originaliter reperitur, & non ab uno tantum. Et si bene advertatur, cum cardinalis ponit exemplum de decem habentibus unam vocem, & duobus habentibus alterum, cardi. quod præfentatio facta a minori parte de decem unum ex illis duobus non valet. Et confiderandum est, quod ipse fumus in patronis laicis, qui præsentent, ut singuli, valet præfentatio facta a majori parte comparatione minorum: ut *inc. quoniam, de juspa. & in c. ecclesia de elec.* aliquando si requiritur major pars ab utroque latere, tunc non dicretur facta præfentatio a majori parte, fed ab utraque parte: & fic habetur respectus, & non majorum partem. Et hoc videtur tenire Joan. de Sylva *in d. 17. p. q. 4.* & videtur Feder. *consil. 1.* (Cum respondet ad contrria) propabitur, quatinenn, five exemplum poterit in juspatronatus.

Quomodo expiscandum, quando ad corpora, vel officiorum, & fuerint diversa, & non unum corpus.

QUomodo autem cognoscatur, quando convenient, ut faciantunum corpus, vel diversa corpora, dicit abb. *in d. scriptum*, quod ex variis circumstantiis poterit deprehendi: Nam fuitanter voces in unum, non potest dici, quod convenient vel diversa nisi tanquam in unum corpus: & idem abb. *in d. pafhoralis.* Item differuntur ex verbis statuti, & materia subjecta: ut patet idem abb. *in d. c. pafhoralis.* Sed Decius ibi videtur impugnare abbatem, cum vult, quod quando duo corpora conveniunt, ut separata, requiritur major pars ambarum, fed quando, ut faciant unum corpus, sufficit major pars omnium simul junctorum: quia, ut ipse dicit, idem videtur in una conclusione, quod in alia per rationem abbatis volentis, quod a majori parte totum corpus repræsentetur. Sed judicio meo ipse non bene concipit mentem, & rationem abb. quæ fuit, quod illud, quod fit a majori numero personarum utriusque collegii simul, non dicitur fiddum a duobus collegiis separatis (quia quod major pars numeri utriusque collegii de per se) fed ab uno ex conflicto, & unione ambarum: sicut patet ad lenfum, ut ipse abbas dicit. Et in his patet, quomodo numerada fint vota in concilio.

Ubi autem materia, super qua est controversia, non effet clara, & evidens, (ut oppositum per rationem, & verisimilem formæ scripturæ, & fundorum patrum diffinitionem manifeste offendatur falsum) fed habet probabilem rationem ad utramque partem, tunc regulariter illam major pars participat in dubio præfumitur fanior: ut dictum est, & dictus *in d. scriptum.* ubi enim eft major pars, ibi præsumitur esse ecclesia: *ut in d. c. ecclesia.* Et ideo in Toletano concilio dictur ordinatum, quod cum ipse libet fynodus agitur, aut pacifice inter pontifices quisquam diffinitur, si pauciores per nefcientiam, vel contentionem forte diffentiant, aut commouit plurium fententiæ colant, aut ab eorum cœtu cum dedecore, & confusione abscedant, aut excommunicationis annus luant poenam.

Sed quid si contingeret difficultas, quod vota essent in plures, & varias partes divisa, & non posset dari majoritas numeri in una, plusquam in alia, nec rationes, nec auctoritatis. Tunc dicterem, attendendum esse diffinitionem, quam ponunt doct. maxime Joan. de Immol. *in cle. ne Romani in 2. col. de elec.* & Matheüs. *in fin tractatus.* Quando fuit varia opiniones diffonum, quæ fit tenenda. Et quæ difficultione possunt esse aliquæ conclusiones in propofito. Sed ut cessaret illa varietas, voluerunt, & obtinuerunt antiqui patres, ut vetitas

A diluciditatur in conciliis, in intimatione concilii exprimere materiam, super qua foret disceptandum: mandando, ut episcopi plus in suis provincialibus concilijs deliberarent, & quid fuiset vitium patribus in provincialibus concilijs conscriptis, per nuncios ad universale concilium mittendos explicarent. Quod patet ex auctoritate Aug. contra Donatistas, qui dicit. Non enim poterat tectiffa nec altercantium nebulis involuta ad plenari concilii illustrationem confirmationemque deduci, nisi prius diluerint per orbis terrarum regiones nubili hinc, atque hinc illustrationibus, & collationibus episcoporum petuscffata effet.

Et hoc idcirco posset contingere, quando papa non effet præsens in concilio, quamvis ipse auctoritate fuisset congregatum: fed si papa fit præsens, videtur impossibile, quod ille calus occurrat, nisi effet ex illis de sententia illa mediam decisio: in aliis autem non videtur, quod possit occurrere. Et ratio est, quia episcopi in concilio, ubi præsit papa, sunt fieri conclusiones: ut dicitur *in c. generali de probat. & gloss. in c. ad apostolice de rescript. in 6.* & diximus supra. Et quando requiritur judicium plurium per viam concilij, tunc requiretur concilium non tenetur illud fequi: ut *in c. cum in vetteri, ibi dicit. de elec. & in c. cum olim de arbit.* Bar. plene *in 1. t. §. fi plures ff. de exerci. cum conscr.* Nam potest minorem partem preferre majori, nec adhuc vitiatur decretum Joan. An. & alii *in c. ecc episcopi de rem po. ordi.* poll. Inno. Quien etiam sequuntur Imola, & Angelus *in l. ad principem. ff. de appell.* & Angelus *in l. majorem. ff. de pac.* & Joan. An. *in c. nullus ex concilio. ff. de reg. in. in 6.* & Bal. *in l. 1. in 6. §. fi. de officio conf.* Et hoc verum est, nisi fit requisitum tenere illud consilium ex statuto, vel confuetudine: quia tunc non sufficeret minor pars, fed requireretur necessitas, quod habetur majorem partem: ut dicitur in dictis locis. Sed hoc non reperitur statutum in jure, quod papa teneatur de necessitate sequi vocem majoris partis episcoporum in concilio conscriptam, ita vetum ejus concurretur cum alia parte minori. Propterea videtur, quod ibi praeest papa, coniungendus cum illis episcoporum, & diffinitionibus, & diffinitiones, quia vota effent divisa in plures partes) illa pars effet tenenda, quam papa velles.

B

C

D

E

F

SEd si non effent divisa vota nisi in duas partes, & res effet secundum utramque partem dubia, & quia effet cum minori parte, ut non deberet prævalere pars minor propter sufficientiam papæ: quasi minor pars tunc dicetur fanior, & quia papa requirens vota habet episcopus in concilio, tanquam conflorius. In hoc ecclesiæ, & non agreteur de caufa fidei, neque de caufa contra papam, quod illa pars prævaleret in quam papa inclinaret: quia si hoc effet, quod de falso papa vult unum, & de veraci conclusione aliud (quia papa præferret fecundum dicta supra in proximo quæstione) multo magis quando tam ab ipsa parte concilij papa sentiret, debet præferri ejus voluntas, fire judicium. Et ad hoc facit, quod volunt Oftien. *in c. pafhoralis de concef. prebend.* quod quando episcopus in actu explicando cum concilio capitulo habet interesse, ut episcopus; tantum vocem habet ipse solus, quantum universum capitulum: & quod ipse cum episcopo est unus solus canonicus, ejus sententia debet prævalere. Et licet ejus opinio ibi communiter reprobetur, tamen effet vera in persona papæ respectu concilij: hoc effet, quod non solum tanta est vox papæ, fed quod etiam præponderat voci universalis concilii, nisi ut supra dictum effet in causis fidei: & de hoc dicitum est supra in quæstione; Quæ sit

tentia præferatur, utrum papæ, an concilii;

Non obstat, si dicatur, quod episcopi, qui sunt in A *c. debitum de big.* c. *fundamenta de elect. in 6.* Dicit etiam Bal. *in l. non ambigitur. ff. de legibus*, quod mortuis electoribus papæ pontificalis auctoritas refidet in congregatione fidelium, quia catholica ecclesia est plena fidelium collectio & sic in præcedenti qualitate vult, quod mortuo imperatore electores populus Romanus, si non esset papa. Si igitur penes ecclesiam universalem, ergo de penes concilium: quia ecclesia universalis repræsentatur per generale concilium, quo congregato concilii potestas penes ipsius concilii potiorem partem: ergo concilium succedit in regimine, & administratione universalis ecclesiæ. Quod videtur velle Panormitanus *tract. de fide quæstion. in prælectio in sexf. præmisso lectione 2. col.* Sed quod vacante imperio succedat papa, ex extravagant. Joan. XXII. *qua incipit*, si fratres, & coepiscoporum, quæ fuit solemniter gloriatio per Egidium Bellamera poll Zenzelinum.

Quinto facit, quod concilium generale habet potestatem immediate a Christo: ut patet in concilio Constantiensi, in quinta sessione: & quod concilium repræsentat universalem ecclesiam: quod intellexerunt sede vacante, ut patet *in sess. 4. Constantiensi sua manus. in 13. char. in 3. col.* Quæ sic coadunata, tanquam habens omnem pontificalem dignitatem, potest illi ipsi pontificali auctoritatem interponere, quam eum relidet omnis potestas papæ: nec dicetur tunc accepisse, sive concilium accepisse: cum ejus fuerit id Christi, ex quo loco vacat. Ergo sic si potestas illa est tunc in concilio, sequitur, quod omnia poterunt per concilium expedici, quæ per papam possent, si sedes non vacaret. Adeqnin sequitur, quod omnia, quæ papa ecclesia remaneret sine pastore aliquo in terris: quod non est præfumendum, ut dixi supra. Et possent contingere multa gravissima, in quibus oporteret uti plenitudine pontificali, & de papa non possit ita de proximo provideri: quod non est dicendum: quia Christus omnia bene disposuit, tanquam bonus paterfamilias secundum Jonas. *in epist. pro humana de Christo.* ibi.

Sexto facit, quod illa, quæ fuint a concilio, dicuntur fieri fuggellione, & influxu Spiritus Sancti: *in c. 2. quid dicimus in principio. ff. lib. 3. 30. de text. in c. voluntatis 25. q. 1.* Et dicit Bal. *in tract. fabricantis in prin.* quod Spiritus Sanctus loquitur per ora eorum, qui sunt in concilio: *per d. c. 3. ff. lib 30. de* probatur Ad. 15. ibi, *visum est Spiritui Sancto & nobis.* & in plurimis fellionibus in concilio Constantiensi, & Basiliensi, dicitur sancta Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata. Præterea non ita ibi intervenire Spiritus Sanctus: juxta illud, *nihil duo, vel tres congregati fuerint, &c. c. audivimus 14. q. 1.* dicit Alex. *in c. illa 12. de.* Ex quibus patet, quod fi recipit potestatem a Spiritu Sancto, & a Christo, qui est tunc caput ipsius concilii, & sic illi, qui ubi habitat Spiritus Sanctus, & Christus, ibi est omnis potestas: juxta illud Matth. 28. *data est mihi omnis potestas in cœlo, & interra*: quia omnis potestas est a Deo 3. *q. 4. c. quid cuiquam.* & apostolus ad Ro. 13. 3. sequitur, quod vacante sede omnis potestas remanet in concilio, cujus caput est Christus, & in quo concilio habitat Spiritus Sanctus.

Septimo adducitur tex. *in c. Si quis presente 30. dis.* ubi patet, quod mortuo papa, cardinalis fit, & alii clerici, Deum timentes, quia, ut fuprà sæpius dictum est, nihil aliud funt, quam concilium, quod ex cardin. & aliis prælatis, ac clericis Deum timentibus constat) excommunicant invasorem, & intrusum in papatum: fic collecto clericorum, hoc est concilium exerret jurisdictionem vacante sede Romana. Et mox petua non est in ecclesia, quam anathematizatio: ut in *c. curiositatur 24. q. 3.* ergo cum possint majora, possunt & minora: *de minor. ex parte ct. 5.* Item facit tex. *in ele. de Romani.* ubi cardinales prohibentur vacante papatu aliquid exercere de spectantibus ad papam, & de concilio nihil dicitur: ergo concilium poterit sede vacante omnia exercere, *argu. 1. cum prætor. ff. de judi. & c. mons de prælatis.*

Octavo adducitur auctoritas Chrisili apud Math. 28. *si peccaverit in te frater tuus, &c. & si non audierit ecclesiæ, ecclesiæ dic. ut novis de vacat. 17. in 24. q. 3. si peccaverit 2. q. 1.* In qua auctoritate defignatur data potestas ecclesiæ exercendi jurisdictionem: quia fidelis dicitur ecclesia, & ecclesia non respectet jurisdictionem, & coercitionem. Et fi restringeretur ifta auctoritas exponendo, dic ecclesiæ, idest prælato *C* (ut in *c. omnes 24. q. 3.*) & ecclesia defingendo ad prælatum tantum, fequeretur, quod ubi non esset prælatus, cui diceretur, non esset locus illi auctoritati: & fic fuisset Christus dimittere frequentia, & non providisset in omni casu: quod dicere est hæreticum. Item fequeretur, quod in papa (qui non habet superiorem) auctoritas illa esset frustranea: cujus contrarium dicunt doc. post glo. *in ca. fi papa qu. ab. Ad.* Oftien. *in c. propositi de consil. prædica.* qui dicit, quod in papa illa auctoritas intelligitur, *de ecclesia*, hoc est, otet ecclesia Deum pro eo. Ergo vere intelligitur illa auctoritas de ecclesia universali, & confequenter de concilio repræsentante ecclesiam universalem. Item facit *c. de probis.* 1. ubi tenet, quod non est verisimile, quod voluerit, ut dicetur fibi spiritui salvando rellemus dicere, quod quando dicebat, *si peccaverit in te*, loquerentur tanquam Petro, & non tanquam prælato: & cum diceret, *dic ecclesiæ*, tunc etiam loquerentur ei, tanquam prælato, & superiori: cum non sit absurdum, quod quis fungatur duplici jure: juxta notata *in l. fi confiel. ff. de adop.* Sed per hoc non efficeretur, quin fequeretur, quod illa auctoritas in papa (qui non habet superiorem) esset superflua. Quinto rellius videtur intelligenda proprie de concilio, propter difficultatem, & insufficientiam omnium aliarum ecclesiarum universalem. Si igitur proprie intelligitur de concilio, sequitur, quod conclium poliit excetere etiam ea, quæ sunt pontificalia: quia poliit illis auctoritas exercesi contra episcopos, archiepiscopos, & alios majores, quorum depositio spectat ad solum papam: ut in *c. quod vocatisonem de offi. leg. C. in c. de renuntiatione.*

Et fi dicatur, quod tunc illud, *dic ecclesiæ*, intelligeretur de ecclesia fimul cum papa, qui est præpositus ecclesiæ: ut in *c. ne Romani 15. dis. C. in c. 1. reformata 22. dis.* & cum est auctoritas, & potestas dependens episcopos, sequeretur, quod tunc mortuo papa ifta auctoritas non haberet locum, neque poliet exercesi respectu totius universalis ecclesiæ, quantumcunque immineret casus, & periculum esset in mora, & expectaretur creatio novi pontificis: quod dicere est absurdum, *etc. cum sit de magistris. ex ser de priv. C. 3. cum simili. C. de condit. satisf.*

Nono adducitur jura: primo tex. *in c. ex gestis de ele. ma.* ubi concilium depositi cardinalem promotum, & quod est proprium papæ: ut in *c. 1. de schisma.* Item concilium potest deponere episcopum, & excommunicare *3. q. 1. c. si incipit* & quis episcopus *9. q. 2. c. multum in fin. cum seq. ex q. 3. c. si quis episcopus, & c. eorum, 27. di. c. si quis autem.* Item episcopus, qui recusat judicium concilii generalis, & recusat ibi respondere, ipso facto est depositus: ut in *c. quisquis 4. q. 5.* Item papa cellien in concilio generali fententiam prius a 100 concilio latam promulgat, & excepiatur: ut *c. 2. de sacrit.* Item concilium etiam

A episcopos depositos in synodo restituit: ut *in c. certum, & c. iniquum, & c. episcopus xi. q. 3.* Et tamen illa fuit de relevatio papæ: ut *in c. 1. de translat. prela. & c. quod translatum in big. de offi. leg. & c. fient unicuique de excef. prela. & c. majores de bap.* Item tex. *in c. fi. dist. 79. fi.* ubi quando est dubium, qui sit papa, tunc judicium est concilii: ut dicit ibi glo. & fic conclusum est judex in casu dubio: ergo multo magis, quando nullus est papa, poliet excercere judicia. & est judex in rebus concernentibus pontificalem dignitatem, & potestatem ejusdem & poliet indici etiam a minori, quia si judicat de ejus dignitate, & potestate de papa & papam, qui sit papa, multo magis de ipso, quod ad papam pertinet. Item pro hoc tex. *in fi. transitus 79. di.* ubi etiam concilium eligitur papam, & provisidetur de papatu: multo magis ergo de spectantibus ad papam fit potesti intromittere.

Item facit, quod legitur Act. 1. ubi patet, quod vacante episcopatu Judæ prodituris, omnes apostoli & discipuli simul tradiverunt de successione & eligendum duos ex omnibus (scilicet Barnabam, & Matthiam) & cecidit fors super Matthiam. Si ergo Petrus qui erat primus Spiritu Sancto, possus est, ut omnes providerent in communi, præfumendum est, quod hæc potestas erat penes concilium episcopatum. Et licet tunc non esset episcopatus sicut hodie difficili (ut in *ca. olim. 99. di. & Dicitur ca. cum Petrus 21. di.*) tamen ipse, & beatus Petrus episcopatus in curia. 1. *q. 1. Christus*: unde dicitur Act. 1. de Judæ, *episcopatum ejus accipiat alter.* Item facit, quod legitur, quod ipse Petrus per mandatum omnes presbyteros per singulas ecclesias *Ad. 14. proje. S.* Et per presbyteros universalis ecclesia gubernabatur: ut *c. olim. qu. 4.* Et per ecclesiam fuit ordinatum: ut ex presbyteris eligerentur, qui esset supra alios, & appellaretur episcopus: ut *d. c. olim, & c. legimus 93. di.* Ergo cum fine papa ecclesia sola utebatur illa potestate promovendi episcopos: igitur dicendum est, quod sede vacante possit ista, & his similia, Deum timentes reforvata.

Ulterius pro illa parte adducitur tex. *in c. unico de schisma. in 6.* ubi fuit vacante prohibetur collegio cardinalium electorum illius cardinalis per Bon. VIII. privatos ad futuram electionem: ergo fi hoc non fuisset prohibitum, collegium possuisset: & nolunt dubitat, quod illud erat de arbitrio, juxta *c. de ele. non refl.* Ad idem facit, quod non tantum pap collegium poteft quidquid potest papa vivens: quia ecclesia est nomen jurisdictionis. Sed ecclesia non petest jurisdictionem fuam per mortuo papa: *ergo fi recipe de refcrip. in 6.* ergo quidquid jurisdictionis erat in papa vivente, erit in collegio: & multo magis in concilio, in quo funt etiam cardinales. Imo, ut dicit Andreas Siculus *in c. translata in penul. col. de consil.* collegium potestis etiam facere legem universalem, per tex. 16. q. 1. *c. ecclesia habet fenatum, jun. Bo. c. Confitentiini 96. di.* ubi patet, quod ecclesia habet fenatum: fed fenatus habebat facultatem condendi legem universalem: ut in *S. fenatus tractatum ingrs. de pactis nuptiarum*, *gentium*, *& civili*: ergo & fecularis apostolicus, hoc est collegium cardinalium; igitur a pari, & fortiori ipsum concilium. Sed Andreas non firmat pedem in eo, quod dicit de lege universali, & non est fine dubio: & pro nunc de collegio fine papa non videtur verum. Sed fi cell dubium de cardinalibus tantum, non videtur dubitandum in concilio, ubi funt cardinales, & episcopi.

Item facit, quod papa non potest ibi fuccessorem eligere. *8. q. 1. c. fi Petrus, & c. Moyses*: fed collegium cardinalium poteft papam eligere: ergo

saltem quantum ad hoc potest aliquid, quod non potest papa vivens. Item mortuo papa collegium cardinalium fungitur vice metropolitani: ut *in c. in nomine Domini 3. d.* quod debet exponi, idest vice papæ: qui etiam dicitur metropolitanus: ut *inc. fide de offi. vica.* nec alius tunc potest esse metropolitanus Romanæ ecclesiæ. Item facit, quod in pallidio legati de latere non expirat mortuo papa (ut *in c. 2. de offi. legat. in fi.*) minus in collegio cardinalium, quod non minorem jurisdictionem habet, quam legatus quoad non durare jurisdictio legati, si collegium apostolicum non conferetur; & fit hæc diuturnitas in collegio cardinalium, multo magis in concilio generali tunc congregato, in quo cardinales interveniunt. & sunt eius patres. *l. quæ de cura §. de rei vindi.* Et quod mortuo papa cardinales succedant in jurisdictione, tenet Bar. *in l. ubi absent. fide de tem. of curat. decis ab ill.* de quo videndum in illo arti. Quanda papa efficitur inutilis, vel est captus, vel demens, &c. Et fit cardinales, multa magis concilium. Accedit, quod ubi est solitudo in ecclesia, & contentio inter duos de papatu, tunc dicitur fedes quasi vacare: ut dicitur *in c. unica de filiiprna. in 6.* Et si eo tempore ordinatis eternum reservata papæ, licite fortiunt, & valent ipsis. Hæc expressie concilium Petrus de Anchra. *in consil. 310. incipit*, vilis, & diligentiæ inspecta. & idem Petrus ponit *in tract. filiprnatis circa fi.* ligitur, & hoc fuisset valde ordinariis, magis magis concilium, in quo resident omnes ordinarii, ita quod potest dici ordinarius ordinarium. Et illam partem videtur velle Felinus *in sup. porrectio. fi. de jurejur.* cum allegat Petrum de Monte *in fin monarchia*, quod concilium licite potest se intromittere de spectantibus ad papam, & in expectanda ecclesiæ non potestis imminet magna necessitas.

Sed quod concilium non habeat facultatem exercendi ea, quæ spectant ad papam sede vacante, facit, quod mortuo papa dicitur fedes vacare: ut *in c. in Romana de electi. cum fimil. de. 63. in fine.*, quæ ita fen panantur in propria quæstione: & si vacat, fecquitur, quod non possit quis exercere papalem potestatem, quia non reperitur fedes vacare, quod fedes vacante ad aliquem devolvatur illa potestas pontificalis. Et accedit dispositio illius cle. quæ vult, quod ad cardinales non devolvitur: & habet, quod obiicitur, quod licet, & plures jurisdictionem habeant, quorum Item pechoc facit illud Joan. 15. *sine me nihil potestis facere*, quod adducitur per Aug. de Ancona *in tract. de papa. p.3. art. 3.* Item patet, quia exercitium, illius potestatis fuit commissum Petro tanquam capiti, quo hæc potestas in alios diffundereturet: ut *in c. ita Dominus 19. di. & in c. loquitur 14. q. 1. & in c. fundamentum de el. in 6.* Ex quo patet, quod cum administratores debent a Petro, & sic a papa ejus fuccessore derivari; cum vero ecclesia universalis mortuo papa remanet, ut corpus sine capite, a quo habet procedere ejus authoritas, & a quo debet diffundi ista potestas, sequitur, quod illa mortuo papa nec concilium nulla remanet jurisdictio, sive potestas administrandi ea, quæ non reperiuntur commissa, nec demandata: & maxime quæ sunt referenda in signum privilegii singularis ipsi Romano pontifici. Item quia omne robur concilii derivatur a papa ut *inc. significasti de el.* quo mortuo videtur tunc remanere concilium sine robore: ut ibi *juncta dilta el. in Romani.*

Et illum partem (quod concilium fede vacante non possit exercere exercitata papæ) nec fuccedat in ejus exercitia, ponit abb. Siculus *in c. in Romani super fin. in verbo*, non concionem, de elect. Non obstat, quod dicitur, quod Petro fuerunt datæ claves figurative: quia ecclesiam fignificavit, ut *in c. quodcunque 24. q. 1.* Quia ut supra dictum est in illo arti. Cujus sententiæ ut illaudam, utrum papæ, an concilii: & plenius dicetur in illo articulo. Quis fit magior, utrum papa, an concilium; non tantum figuratiue, sed vere, principaliter, & fundamentaliter datæ fuerunt claves Petro. Et cum dicitur, quod cum Petrus claves accepit, ecclesiam fanctam fignificavit, intelligat, quod non accepit pro perfona fua tantum, fed etiam fuccessorum, & pro omnibus aliis prælatis futuris per derivationem ab eo nostra. Et idea dicit glo. super illud Matth. 16. *Quodcunque figueris*, quod habet claves omni ecclesia in apostolis, & presbyteris: & hoc dicit Joan. An. *in c. ad liberandum in 3. colum. de Judæis.*

Sed obiicis *text. in c. omnibus, 24. q. 1.* qui dicit, quod ifa domus Dei, per quam delignatur ecclesia, etiam accepit claves: ergo non tantum pro fuccessoribus, sed universaliter pro omnibus. Non respondeo aliquem, qui illum text. allegat hoc, nec aliquid de hoc ibi dicit arch. Sed potest responderi, quod Petrus receptit claves pro se, & fuccessoribus, & etiam pro universali ecclesia delegata ab eo ut ab ipso capite quodam capite Dnus dona fua velint in corpus omne diffunderet: ut dicit *text. in cap. ita Dominus, 19. di. & in cap. fundamentum de electi. in 6.* Et fic quod potestas, quæ est in ecclesia, fit deficentive in prælatis ecclesiæ a Petro: & fic intelligitur ecclesia receptile claves, ea quod episcopi, & alii prælati universalis ecclesiæ, & consequenter concilium illam potestatem recipiunt a papa: & non quod omnimoda potestas fit in ecclesia, licet in papa, & non quod principaliter, & auctoritative, licet Petro, claves ecclesiæ succesfeunur. Ad quod facit ille *text. in c. in nomo*: dum dicit, qui autem fperanit eos, cum, a quo missi sunt, & cujus fungunur legatione, fperanit, & ipse intelligitur fperanit a Domino. Secundo sic intelligi, quod ecclesia receperit claves ex illo Joan. 20. *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos: hoc cum dixisset insufflavit, & dixit eis: accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retenueritis retenta sunt: ut in c. audiremus, & in c. loquitur 24. q. 1.* Et illa verba sunt respicientia ordinis, in quo potestas, & consequenter alii episcopi sunt a papa Petro: ut *de c. loquitur, & dicitur in d. c. novus 21. di.* Vel certio dicendum est, prout dico infra in propria quæstione circa litem: & in illa quæstione aliquantulum circa litem: & in illa quæstione aliquantulum circa litem: & in illa quæstione aliquantulum

ecclesiæ, secundo quando cardinales adhibent omnem curam ad extirpandam hæreses & schismata. Et ad *c. nôs periculum, c. Et. ne Romani*, respondet, quod ibi est sermo in casu, quo vacatio ledit modum tempore durante: sed in extirpando schismate & hæresi (quæ non ita de facili extirpantur) ipsa sedes vacat: & ideo succedunt cardinales in administratione reformanda, quæ eum illis duas restrictionibus. Et ibi ponit, quod possunt conficiare unum vicarium generalem in temporalibus & spiritualibus, item conficiere reliquos & præsides in terris ecclesiæ, item confirmare electionem prælatorum & conferre beneficia reservata papæ.

An requisitum sit divinum in decretis, quando fit iuxta canones, vel iuxta divinum præceptum.

Quæ omnia non habeo ita simpliciter pro veris: ut dixi supra, & infra in pluribus sequentibus quæstionibus: & maxime supra in illo arti. Quid quando papa efficitur fatiuus, vel insiuus. Et cum dicunt, clemes, velit, quod quando imminet periculum grande, tunc possint se intromittere, dummodo omnes sint concordes, videtur dicendum idem requiri in concilio, ut dictum est. Unde primo, antequam concilium apponeret manum ad ea, quæ sunt referenda papæ, prius esset faciendum difficilio, an casus imminens indigeret propter periculum celeri remedio, & an in hoc omnes esset concordes: postea autem quando dicuntur de modo providendi illi necessitati, forte non esset necesse, quod omnes concordarent, sed sufficeret major pars: fecit in aliis actibus. Et hoc esset satis conveniens propter difficultatem concordandi omnes in concilio caffentes. Et ex hoc colligentur duo: primo intellectus illius tex. *In §. idem quoque*, quod non requireretur, quod cardinales omnes essent concordes in deliberatione de modo providendi, sed sufficeret major pars: & quod dicit, vel nisi aliquod tam grande & tam evidens periculum immineret, quod omnibus & singulis cardinalibus prudentibus concordare videretur, illi esset scriptum: intelligatur, quod omnes & singuli habeant esse concordes, quod illi casus occiderent propter imminens periculum esset necessarium providere non expectata creatione futuri pontificis propter periculum in mora: & quod non requireretur, quod essent concordes in modo providendi, sed satis esset, quod fieret per majorem partem. Et hoc convenit rationi illius tex. qui providet accelerate provisioni futuri pontifici: quia in modo providendi non poterat esse difficultas: licet in finiti dicit. *in verbo* non confunam, *inf. cum* allegat. *c. quæ diuersitatem, in fin. ne Romani de c. de* illo casu affirmatum non esset providendi imminenti periculo, & esset causa dissensionis futuræ electionis: & facilius possunt cardinales concordari in illo articulo, quod casus imminens sit periculosus & indigens accelerata provisione, quam in modo providendi. Et hoc credo verum, cum etiam convenirat verbis illius tex. quæ videntur fonare, quod imminens concordia sit in deliberando, si casus imminens sit talis, cui sit celeriter providendum ante electionem futuri pontificis. Et similiter dico in casu, *c. ne Romani. §. sperium*, cum datur facultas eligendi, sive subrogandi præsidentiarios sede vacante: quia sufficeret major pars in eligendo personam pœnitentiarii, postquam esset deliberatum prius concorditer, nisi casus esset subrogationem nullo differante. Et idem videtur dicere cardi. in *§. irritum in 8. quæstio*. Et notandum est hoc: quia ibi doctores nihil enucleant, nec hoc tangunt. Et si illud ulti determinatum in cardinalibus, sede vacante, quando non est conclium congregatum, idem videtur dicendum in concilio congregato, ad quod spectat providere in occurrentibus tempore vacationis sedis: quod videtur succedere in loucum cardinalium in providendo necessitatibus imminentibus ecclesiæ sede vacante. Et ex hoc sequitur aliud, quod ille tex. *in d. §. idem quoque* non habet locum, quando congregatum reperiretur conclium tempore vacationis sedis. Quinimo eo casu poterit satisfieri utrique casui: quod cardinales & non intromittere, nisi accelerata electione futuri pontificis, & conclium provideret imminenti necessitati ecclesiæ. Licet in hoc ultimo sit plus dubietatis: quia cardinales post papæ concilii, cum quibus videtur providendum imminenti necessitati ecclesiæ. Et hoc confidera: quia nihil dicunt ibi doctores de concilio, nec etiam cardinalis, nec abbas in locis prælegatis: sed tantum, quod conclium potest se impedire, si necessitas magna urgeat, nec aliter potest providere, nec potest expectari certatio futuri pontificis. Nec dicunt, si in hoc omnes de concilio haberant esse concordes, ut vult ille tex. in cardinalibus *in d. §. idem quoque*. Et ideo idem videtur dicendum in concilio, quod dicitur in cardinalibus: cum non sit date notionem diversitatis bonum.

Joannes Gersion cancellarius Parisiensis *in tract. de potestate eccle. in ex confiderante* dicit: Quæ quæstione, utrum papa mortuo, vel ejecto poffit conclium exercere omnia, quæ papa, primo dico, quod potest conclium ire ibi papam subrogandi modo fatiuo per electionem cardinalium, vel alio modo per compromissum, vel per viam Spiritus sancti. Item dico, quod potest multa alia, licet practicatum ell in concilio Constantiensi, in diversis sessionibus & decretis respicientibus jurisdictionem coactivam: ut in vocatione & depositione papæ. Sed quoad hoc potest reffondere, quod illud fuit propter schisma inveterarum, quod sapiebat hæresim. Idem dicit practicatum in excommunicando, interdicendo, & absolvendo, & relaxationibus interdictis: ut fuit in Constantia & Tridentina & Argentina. Dicit tamen, quod circa gerenda fuit aliqua, quæ non possunt exerceri, nisi per suppositum determinatum. Unde diffingendo dicit, quod sur ita illa tunc alia, quæ ita nullo pacto esset exercere, nisi fit papa, nec per commissionem nec aliter, vel fuit talia, quæ commisi possunt per aliquem, vel aliquos, per quos hæc exercere non possunt, sed aliut capax est. Ponit exemplum de curato non facendo: quia potest committere simplici sacerdoti non habenti plebem, ut aliquam in cura ita exhibet Missam, audiat confessiones, absolvat & ministret eucharistiam: & sic de reliquis specifatim ut ad facerdotium. Poterit igitur fieliter concilium committere facerdotibus, ut agant talia, quæ nec possunt per se, nec illi sacerdotes sine commissione, vel licentia concilii possint exequi sibi licet. Quo autem ad primum membrum, an sint talia, quæ non possit fieri, nisi per illos, dicit ex commissori doctorum sententia, quod quoad ea, quæ sunt ordinis, nulla sunt talia; quia potestas ordinis est æqualis omnibus sacerdotibus, comprehendendo more apostolici episcopatum sub facerdotio: non enim videtur, inquit, quod sit aliquis actus ordinis, in quem possit papalis autoritas, quin in illum possit de facto potestas episcopalis. Circa illa autem, quæ sunt jurisdictionis, dicit, quod conclium in defectu papæ possit illa exercere: ut in subjiciendo episcopos tales populos, quales voluerit pro sacramentorum licita & rata ministratione. Et ita dicit practicatum in eodem concilio circa Samaritas legatos eis dando, qui licite possunt omnia, quæ sunt ordinis & spiritualis jurisdictionis. Et subjungit quoad indulgentias: quod cum hæc potestas episcopi claves quoad forum pœnitentiæ, & hæc potestas non facere per superiorem quoad usum limitata, cum convenit cuilibet episcopo, poterit etiam date indulgentias: & cum concilium habeat eorum communitatis ecclesiæ, et convenit, licet papæ. de quo dic, ut supra concludum est, & infra dicemus.

Restat respondere ad contraria. Ad primum satis dictum est supra.

Ad secundum dicitur fatendo, quod ex illa concludione facta est provisum ecclesiæ. Et cum dicitur, quod non requiritur fo devolutio administratio B nis ad capitulum: respondetur negando assumptum in iis, in quibus est administratio solius episcopi quia tunc reservantur successori: *ut in c. quæ sæpe de rel. in 6.* Et si beneficiorum collatio spectat ad solum episcopum sine capitulo, mortuo episcopo capitulum se non intromittit: *ut in c. tua fede vacan. in 6.* Item regula affirmativa, quod fecit capitulum in administratione, tanquam legitimus & necessarius administrator, intelligitur falva in prohibitis rathabitione successoris eligendi & promovendi, ac in necessitate inevitabili & evidenti utilitate ecclesiæ & bonorum ejus: attenta etiam diffamia loco ne diminuatur vacatio sedis, vel quasi, vere vel fiste, & alia penitatis, quæ in dispensationibus & aliis similibus attendi consueverunt: fabria quoque privilegiis, consuetudine, vel præscriptione: & nisi sedes apostolica, aut prælatus impositus aliter deuerit providendum. Sunt quinimo ex dictum regulam: *ut nihil in iure, ne fede vacante* per Pavinum. Et ideo ex illis regulis non poterit formari contrarium: quia fiet consuetudo dicitur statutis administrator & non voluntarius, ita & capitulum respectu episcopi: & ideo non poterit allegari pro contrario. Et ad id quod dicitur, quod non est verisimile, quod Christus dimiserit conclium sine administratore, etiam respondeo per omnia, sicut dicit illa glo. *in verbo*, non confunam, *in tale. ne Romani de clec.*

Ad tertium. Dicitur de facto, quod in aliquibus concilis respondetur. Et primo quod concilium Constantiense dicitur, quod id, quod factum fuit tunc, quia factum fuerit tantum per inobedientiam (scilicet Joan. XXIII. qui apud alia duas obedientias, scilicet Gregorii & Benedicti non credebatur hæresis concilium universale, sive ecclesiam catholicam repræsentare) non est mirum cum dicunt: licet nec alia multa decreta, quæ ibi facta fuerunt. Et ideo quando Martinus quintus approbavit gesta illius concilii, tantum approbavit in illis, quæ concernebant fidem.

Item & dicitur quod indulgentiæ alia respondeo, quod indulgentiæ concessæ in illo concilio non fuerunt plenariæ, quæ reservantur Romano Pontifici: *ut in c. cum ex eo de pœni. & remiss. & glo. in tex. c. in. in verbo* pœna. probatur *in c. ad liberandum de Judæ. & Oldra. consil. 271. excipit* quædam tales esse. & dicitur *in d.c. quod translationem de offi. legat.* Ponit S. Tho. *in q. fon. di. 20. ar. 3. quæstiuncula 3.* Concilium autem bene potest dare sufficiatia orationum & indulgentias, sicut alii prælati: *ut in c. quod autem, & in c. cum in eo de pœni. & remiss.* Quinimo abb. Siculus *in fine allegationis in sermone habito in concilio Basiliensi (incepit* Maximus) *in 30. chart., vers.* Si dicatur, dicit, quod conclium generale potest etiam dare indulgentias plenarias per dicta Jubi. *in c. quod autem de pœni. & remiss.* & idem dicit d. abb. *in eo. c. de pœni. & remiss.* Et Feli. *in sermone de indulgentia plenaria*, simpliciter transit eam abbate Siculo. Sed ejus opinio non videtur vera: & contrarium fentit *card.* de Turrecre. *in trac. de pœ. pa. in §. in. inq. 43.* Joan. *An. in c. ad liberandum de Judæ. in fi. eod.* Et quod non sit vera opinio abbatis, apparet ex ita, quæ dixi in illa quæstione, Utrum concilium habat jurisdictionem cognoscendi de litibus & causis & de hoc forte infra, latius dicam. Et illa opinio placet [videlicet, quod concilium non possit dare plenarias indulgentias] non obstante opinione Joannis Gerson & abbatis Sicilini & Pavini quos talvo tantum in illis indulgentiis non plenariis juxta *c. cum ex eo de pœni. & remiss.*

Ad idquod dicitur de concilio Basiliensi, respondetur, quod in illo concilio multa præsumpsuit in totius ecclesiæ perturbationem facta fuit.

Ad illud de concilio Senensi (super quo fe fundat etiam abb. *in de. pœnam* Maximum) respondetur, quod illud fuit de mente & voluntate Martini papæ, & sic fuit bulla affirmativa, & ita refert *epistola 43. in fi.* & etiam audivisse fapius Baldarum de memoria domino Padusano, qui fuerat unus de prædictorum ibi in dicto Senensi concilio.

Ad quartum negatur assumptum, & quod dicit Bal. *in d. l. non ambigitur*, intelligitur quoad electionem de papa mortuis electoribus. & est quæstio, quam Jurec. examinavimus, Utrum electio devolvatur ad conclium, an ad eterum Romanum: vide ibi dicta.

Ad quintum respondetur, quod ex hoc quod concilium potest aliquo casu sibi ipsi auctoritatem intemporare forte contra papam hæreticum, non fequitur, quod non potestatis potestas remanet in concilio, nisi respectu cognitionis causæ forte fia contra papam: *ut in c. si papa qo. di. ex. fraternitatis de hære. & in c. in fidei eodem ti. in 6.*

Ad illud, quod possunt contingere casuæ papæ, aliqua gravitatem dec. respondetur, quod eli provisum per jurisdictionem coactivam: quia conclium tunc est necessarius administrator, ut supra dictum est.

Ad ultrum respondetur, quod motivum non concludit: quia dato, quod inhabitet Spiritus sanctus conclium, non sequitur, quod aliam potestatem recipiat, quam a Spiritu sancto datam: non repetitur autem, quod data fit potestas pontificalis conclio sede vacante. Item auctoritas *Matthæi 18.* loquitur in Christo: idem non sequitur, quod eadem potestas fit in concilio. Sicut dicunt de papa ad concilium: quia major est auctoritas papæ, quam concilii: & quantumcunque papa pratit, non tamen conclium non habet ipsius potestatem omnipotam. Item & concilio sapius errarunt: ut supra aliqua dictum fuit.

Ad ultimum dico *de §. qui pœnitentia*, respondetur, quod fi illo casu, quo aliquis est notorius iniquitus in papatum, concedatur concilio ejectio illius, non sequitur, quod vacante sede contra pontificalis potestas fit in conclio: quia non fit extendere ad mo casu ad alios in materia jurisdictionali, *i. magistratibus. l. cum qui, qui l. §. fi. de juri. omnium judi.* Vel respondetur, quod illud fit illo casu ex facultate concessa ex illo texto. Et ilam ultimam solutionem poluit cardi. *in tale. ne Romani in §. irritum in 2. opp.* Sed prima plus placet.

Ad cle. *ne Romani*, respondetur de regula brocardica, quod casus omissus habetur pro omisso, *l. cum.*

A

B

C

D

E

F

Aduersus Joan. Gerson. Abbatem Siculum & alios pontifices.

i. commodissime de libr. & poſſ.

Ad 8. de auctoritate *Matthei* 18. reſpondetur, quod ex illa non ſequitur, quod poteſtas pontificis ſemanet in concilio. Item mortuo papa etiam illa auctoritas poteſt per prælatos in eccleſia univerſali eſtabiliter exercari; & quoad epiſcopos & archiepiſcopos, quando eſſet periculum in mora & cauſas non recipiunt temporis dilationem, eſt ſatis provium per ſupraſcriptam concluſionem.

Ad nonum, & primo ad 1. *de eleo. non poſſ.* reſpondetur, quod illud fuit factum a concilio præſidente papa. Et ad 2ra ibidem allegata dicitur, quod loquuntur de concilio non papa, vel de ejus mandato, voluntate, vel ratificatione.

Ad 2. c. fidei, dicitur, quod ſi habet cognitionem in aliquo caſu, non ſequitur, ergo omnem potoſtatem plenariam habet. Patet in caſibus *in. ſed fiet de elec.* qui illegum papam, tamen ſede vacante non poſſunt ſe intromittere de ſpoliatibus ad papam. *d. ele. non Romani.*

Ad illud, quod legitur *Acti. 1.* reſpondetur, quod in illo concilio fuit etiam Petrus, & ipſe tanquam principalis propoſitit negotium; & licet hoc ad majorem firmitatem & pugnaculum dilatatione notem. Nam & poſtea ſolus providit de epiſcopatibus, *ut in. c. in illis, 17. dis.* & apoſtolici recepiunt præſidiandi poteſtatem ab eo, ut cum in ſuperiorem recognoſcerent, licet Dominus miſſitet omnes: ut dicit *actuh. in. ita Dominus* 19. *dis.* Poteſt enim papa exercere aliqua maxime ardua cum concilio: ut *d. ca. ex poſtlis, 17. in c. ad apoſtolice de re judi. ti. 6. cum ſimili.*

Ad illud *ex Acti. 14.* quod apoſtoli eunteſ per mundum ordinabant presbyteros, per quos univerſalis eccleſia gubernabatur, & quod per eccleſiam fuit ordinatum, ut ex presbyteris eligerentur, qui eſſent ſuper alios & epiſcopali appellentur, *ut in ad. ciam c. ſin.* & reſpondetur, quod tamen ſumbat auctoritate Petri, & ideo nonſequitur, quod, vacante ſede, ſola eccleſia poſſit illud facere.

Ad 2. prætulitur, dator reſponſio, quod loquitur ſecundum illa tempora, ſecundum quæ intervenebat univerſiſas clerus in electione papæ: ut *in c. in Domin. Domini. 23. dis. & c. ſubvenubat, cum ſimilibus ibidem 63. dis.* Vel quod illi religioſi vocabantur ad conſenſum præſtandum electioni facta & non facienda: ut ſic concordat cum *d. c. in nomine Domini.* Item ex hoc non ſequitur, quod concilium ſuccedit in omnibus caſibus papæ refervatis, ſede vacante.

Ad illud ex *c. 1. de ſchiſma*, in 6. & ad plura motiva, quæ ſequuntur, dic ut per glo. & doc. ibi *in verbo*, vacante.

Ad illud, quod eccleſia eſt nomen juridicionis, & quod ipſa non perdit juriſdictionem mortuo papa, concedimur, quod non perdit omnimodam juriſdictionem, ſed differtur exercitium adminiſtrationis uſque ad creationem alterius futuri pontificis.

Ad illud, quod collegium cardinalium habet facultatem condendi legem univerſalem (quod dicit Andreas Siculus) dic, quod opinio contraria eſt verior, quam ponit Hieſdem d. *Anto in d. c. tranſlata.* Nec obſtat, quod eccleſia dicitur habere ſenatum, quia hoc ſonat, quod cardinales cum papa faciunt ſenatum: & papa ſolus in toto canonico poteſt facere legem univerſalem: quia ipſe ſolus in hoc habet poteſtatem a Deo, *de tranſla. prælat. c. 1. C. qui ſitis ſup leg. c. per venerabilem.* Quo autem ad laicos principes, ferunt & populus Romanus. *I non habitur ff. de c. ff.* ſecundum d. Anto. in *d. c. tranſlato*, & Decium ibidem.

Ad illud, quod collegium eligit papam, quod non poteſt papa vivens: reſpondetur, quod illud, quod fuit collegium, facit non ſolu propria auctoritate, ſed papæ & conciliis: ut *in c. licet de elec. & c. ubi ſpe virtutum ex. ii. in 6. & c. de. ne Romani, ex. ti. & c. in nomine Domini.* 23. *di.* Et ita his ultimis motivis reſpondet Ang. de Ancona, *c. 3. an. 9. in tract. de papa.*

Ad opinionem Bar. *in i. ſed aliſum*, reſpondetur, quod illa eſt reprobata: ut ibi dicit Alex. de Imola.

